

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Iam nauem celeri cursu premisimus altam:
 Qua vehitur tacitis fraudibus acta cohors;
 Nauis adhuc plures circum subsellia currunt
 Stulti: qui cupiunt soluere vela manu;
 Qui sint: & quales /q; plures forte requiris:
 Quos coner meritis dilacerare notis:
 Pace loquar: ne fors verborum turba malorum
 In teneram pergat tendere tela ratem:
 Christicolos falsos refero: pseudoq; prophetas
 Qui christi /falso pectore /sacra colunt.
 Quiq; aliter sacras leges & dogmata versant
 ¶ Textus planus edocet atq; sonat.
 Clauigeri petri nauem /lacerosq; rudentes
 Frangunt: remigium dilaniantq; sacrum:
 Fluctuat ergo ratis tumidas agitata per vndas:
 Inuastoq; freto naufraga vela iacent.
 Interpret falsus: leges /& pseudo propheta
 Diuinas violant: contaminantq; fidem:
 Nec sese tantum falsis erroribus implent:
 Nec propria in facie dogmata spurca vomunt
 Decipiunt alios: & legum semina spargunt,
 Passim: sed tales noxia poena manet.
 Sunt nobis fidei lepido monumenta nitore
 Prestita: que mentes saluificare queunt
 Planaq; sunt: verbis non interfusa dolosis:
 Non fraudes: legum pagina sacra: tenet.
 Multorum mentes trahit at nunc ambitiosi
 Consuetudo mali: nominis atq; labor
 Quos & doctrine premit arrogancia parte:
 Obscurant hominum pectora: nuda malis.
 Scripturas sacras aliter q; pagina cantat:
 Exponunt: illos gloria vana rapit.
 Nonne satis fuerat te intellexisse sacratas
 Leges: atq; alios his superasse viros:
 Concupis at cultus diuinos amore sinistro
 Voluere: mutatur (te duce) nostra fides.
 Spūs athera quondam dimissus ab arce

deu. xiiij

 mathei
 xxiiii.
 Marci
 xiii.

 ac. xxvii
 pu. xxx.
 mar. i. ij
 mat. vii.

apoc. xx

 ii. ti. iii.
 ix. di. qs
 nesciat.

 ii. pe. iij.
 mich. iij

 xxiiij. q.
 iii. here:
 xxxvij.
 dif. re. a.
 & c. vno

S ij